matricis eccleſiæ,vel collegii prouincialium Epiſcoporū.
& ſic vtraque opi.eſt vera,& dicit Hoſt.ꝙ hoc primo loco
ſpectat ad prouinciale collegium,quo negligente ad capi-
tulum Metropolitanæ eccleſię.65.diſt.c.ſi forte.Opp.ꝙ ele
ctio ſuffraganei non ſpectat ad Archiepiſcopum,ſed ad ca
pitulum ſuæ eccleſiæ,vt patet de ele.c.1.Sol.dic,ꝙ quędam
eſt electio primaria, quæ principiat actum promotionis,
hæc ſpectat ad capitulum. Quædam eſt electio ſecūdaria,
quæ ſit poſt elect. quando præſentatur ad confirmandum
Archiepiſcopo, per quem electus examinatur, qui ſi di-
gnus eſt admittitur,& hæc,quæ ſumitur pro quadam exa
minatione aut confirmatione, ſpectat ad Archiepm, qui
talem habet examinare,de ele.c.nihil.de hac loquitur hec
decre.vel intelligi poteſt etiam de primaria,intelligendo,
vt dicit prima gl.de electione cōpetente ex conſuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Conſecratio Epiſcopi,ſiue Archiepiſcopi quomodo et quibus interuenien tibus fieri debeat,& qui habent conſentire ſi nolunt preſtare conſenſum,vide per totum.*

2 *Ordinatio alicuius in presbyterum quomodo & cum qua ſolennitate fie ri debeat.*

3 *Conſecrationi Archiepiſcopi,vel epiſcopi ſi aliquid opponatur, ad quem erit recurrendum?*

CAP. VII.

NEc Epiſcopi. Summatum eſt ſup. in c.pxi.Caſus liter.Quę
rebatur in iſto cōcilio, vtrum Epiſcopi poſſent
conſecrare ſuffraganeum ſuum?Rñdetur ꝙ Epi
ſine permiſſu Archiepiſcopi non præſumant Epm conſe-
crare, nec Archiepiſcopus aliquem conſecrare præſumat
ſine duobus,vel tribus Epis,ita vt alii cōprouinciales Epi
per ſuas literas cōſentiant, quod ſi inter illos diſcordia fue
1 rit,Archiepiſcopus maiori numero conſentiat.B.† No. 1.
ꝙ ſuffraganeus non poteſt conſecrari abſque permiſſu Me
tropolitani.Not. 2.ꝙ de ſubſtantia cōſecrationis & forma
exiguntur tres, & ſic Archiepiſcopus abſque duobus vel
tribus Epiſcopis non poteſt cōſecrare Epiſcopum,& no.
ꝙ Epiſcopi debent eſſe comprouinciales. Tertio no. ꝙ li-
cet ad ſubſtantiam conſecrationis exigantur tres, ante
quam tamen ad eam habeatur recurſus. i. aditus, debent
a omnes ſuffraganei requiri,& cōſentire. No.4. ꝙ actus,[a] ꝗ
ſolo perficitur conſenſu, poteſt per epiſtolam perfici, ad
hoc l. 1.ff.de contrah.empt. & no. ꝙ citatio, & requiſitio,
ſeu admonitio poſſunt fieri ꝑ literas. Quinto no.ꝙ in acti-
bus dependentibus a pluribus, vt vniuerſitate ſtatur ma-
ioritati numeri.Op.ꝙ non ſufficit iuſſus eius,imo exigitur
eius pęnitentia, cui cōmiſerit vices ſuas, de off.or.c.quod
ſedem. fatetur gl. ꝙ exigitur eius pęnitentia,& oportet ꝙ
ipſe vel alter loco eius ſit præſens. Op.ſecundo ꝙ ſine trib.
poteſt Archiepiſcopus conſecrari, ꝗa ſufficit ꝙ ipſe cum
duob.hoc agat.64.di.c.comprouinciales.So.quod dicit ꝙ
ipſe cum trib.hoc poteſt intelligi ipſo computato in num.
trium.nam cum hoc poſſet fieri iuſſu Archiepiſcopi a trib.
quare non poterit ab Archiepiſcopo iunctis duobus?ideo
additum fuit in litera, Vel duobus, quod non erat in anti-
qua compilatione,& dicit gl.ꝙ de ſubſtantia conſecratio-
nis eſt ꝙ ſint tres,alias non eſſet conſecratus,ſi a pauciori-
bus eſſet conſecratus.66.di.c.porro.vbi ponitur forma cō
ſecrationis ab apoſtolo. An vero quilibet iſtorum ordi-
dinet?& an tenere librum ſupra caput ordinandi ſit de ſub
ſtantia ordinationis?no. 23.di.c.Eps, quod bene no.& ibi
ten.glo.ꝙ dicitur ab omnib.ordinatus, non a quolibet de
per ſe.Et ꝙ tenere librum ſup. caput non ſit de ſubſtantia,
vide quod no.de ele.in c.quod ſicut.Venio ad aliqua quę-
renda.Primo hic habemus de ſuffraganeis, quid ſi conſe-
cratur Archieps; Dic ꝙ hoc fieri debet permiſſu primatis.
i.Patriarchæ,ſi habet i lum.65. di.c.non debet.§.ſi autem.
vbi de hoc.& c.ſeq.6.q.4.c.ſi inter.Quæro quid de Epiſco
po ſubdito Archiepo,an conſecretur abſque conſenſu pri
matis?dic ꝙ ſic, licet ſit honeſtum illius cōſenſum requiri,
ut 65.di.c.placet. Alii dicunt,ꝙ de neceſſitate exigitur,ꝗa
factum arduum eſt magnum tangens totam prouinciam,
cuius ipſe caput eſt,merito ergo requirendus eſt aliter cō-
ſecratus non habebit executionem,vt in c. placet. & huic
plus aſſentit Inn.hoc dicit Ho.verum,ſi pateat hoc fieri de
bere de cōſuetudine, vel priuilegio, alias ſecus. 9.q.3.c.cō
queſtus,de of.or.c.duo ſimile,c. paſtoralis. Quid ſi Archi-
epiſcopus non vult conſentire conſecrationi ſuffraganei
ſui.nec iubere? Dic ꝙ ſi hēat cām impediat eam.& ſi eſſet
probabile dubium de iuſtitia cauſæ, ſtaretur dicto eius cō
tra prouinciales Epos, niſi appellaretur, ſic intelligo no.
55.di.c. 1.ſi autem non hrēt cām iuſtam, tunc ſuffraganei
poſſunt requiſita ſuperioris lnīa, ſi habet, alias ſatis puto
ꝙ ipſi poſſent,niſi de facili poſſent habere recurſum ad Pa
pam.& ſic poteſt intelligi 63.di.c.vlt.& quod ibi no.Ioan.
vbi Doc.hoc remittunt.Quæro quid ſi prouincia non ha-
bet tres Epiſcopos,vel hēt vnum ſolū?So.conuocentur vi
cinorū auxilia.7.q.1.c.pontifex, quia de ſubſtantia conſe-
2 crationis hic eſt numerus.†Propter quod arguit Ho.ꝙ qñ
eps aliquem ordinat in presbyterum,ad minus duo præ-
sbyteri ſacerdotalibus induti ei dēnt aſtare,& ſic intelligi
tur 23.di.c. presbyterum, dicit tñ ꝙ conſuetudo multarū
eccleſiarum hēt ꝙ nec duo aſſiſtant induti, & ꝙ oēs pñtes
ēt non induti manus imponant,& ſic prædictum. c. quod
dicit ꝙ omnes manus imponant,intellige omnes,qui præ
ſentes ſunt,ſed debent intelligi de indutis.ſic dicit ꝙ de in
dutis in conſecratione epi aſſiſtere habent ſaltem duo vel
tres induti presbyteri debent aſſiſtere epo ordināti, alias
impoſſibilis eſſet ibi litera, quæ dicit manus ſuas iuxta ma
nus epiſcopi,qñ multi eſſent presbyteri pñtes.non tamen
reprobat Hoſ.quin ex quo duo induti aſſiſtant epo, & alii
etiam non induti manus imponant, & remittit.de ſacr. nō
ite.c.ſi.Quid ſi aliquis ex ſuffraganeis ſit contemptus in cō
ſecratione epi?Dic ꝙ poterit agere de contemptu,& obti-
nebit caſſationem executionis,ſicut in electione agitur,vt
conſecretur,de ele.c.quod ſicut,& ēt grauior pœna poſſet
imponi ſm Inn.Quæro quid ſi ſententiauerit Archiepiſco
pus ſm voluntatem minoris partis? dicit hic Io. An. ꝙ te-
net ſnia,quia hic ſuffraganei non ſunt iudices, ſed conſilia
rii,ſm Inn.ſunt tamen conſiliarii neceſſitatis, ꝑꝑ quod vi
tiabitur factum eis contemptis,vt ſup.dixi, ad hoc de ele.
3 c.cum in veteri. † Quæro quid ſi cōueniant ſuffraganei ad
conſecrandum electum in archiepiſcopum ſuum.& aliqd
rationabile opponitur, quare non ſit conſecrandus, quid
b fiet?[b] dic ꝙ recurrendum eſt ad Papam,vel alium ſuperio-
rem patriarcham,vel Primatem, ſi illum habeant ſm Inn.
alias Hoſ.de o f.or.c.quod ſedem,de ſo.comp.c.ſane, & c.
cum ſit, quia cum recipit in cōfirmatione iuriſdictionem
in ſuffraganeos,de ele.c.ſuffraganeis,& c.tranſmiſſam, co
gnoſcere de hoc nō poterūt ut inferiores. 21.d.c.inferior.
de ma.& ob.c. cū inferior. recurratur ergo ad Papam, vel
Patriarcham,de pb.c.graue.Plus dicit Abb.ꝙ ſi cōtra epi-
ſcopum conſecrandū de criminib.obiectis cognoſcat Ar-
chieps cum 12. epis, & maior pars dicat condemnandū,
& minor abſoluendum,archiepiſcopus non poterit ſentē-
tiare.3.q.vi.c.quamuis, de poſt. præal.c.2.de quo de ac.c.
ſuper his.

ADDITIONES.

a ¶Quod actus.Vide Bar.in l Titius,ff.de conſt. pecu. vbi dicit quod epiſtola in ducit obligationem inter abſentes,& etiam inter pręſentes, ſi pręſens pręſenti det literas, vel ſchedulam,de quo etiam per Pau.de Caſt.& alios in l.ſi filius, ff. ad Macedo. per Bald.& alios in l. non epiſtolis. C. de probatio. Sebaſtianus Sapia.

b ¶Quid fiet.Vide per Spe.in ti.de inquiſi.§.nunc tractemus, verſ.in ſum. Arc. vij.q.1.c.nihil. Zac.

SVMMARIVM.

1 *Ordinans,& ordinatus extra tempora punitur.*

2 *Ordinatus extra quatuor tempora caret executione, niſi per Papam diſpenſetur.3.4.5.*

CAP. VIII.

1 CVm quidam. Ordinans†extra tem-
pora debita punitur,
& ordinatus ſine Papæ diſpenſatione ordines
non exequitur.h.d.Primo punit ordinantem.
Secundo ordinatum. Caſus literalis. Quidam Epiſcopus
contulit ſacros ordines extra quatuor tꝑa, quod non de-
buit.dicitur,ꝙ puniri dēt Epiſcopꝰ canonica diſciplina. ſ.
ut priuetur poteſtate conferendi ordines quos illicite con
tulit,& ordinatis interdicatur executio ordinum ſuſcepto
rum,donec apud ſedem apoſtolicam reſtitutionis gratiā
conſequatur.B. No. 1.ordinantem extra quatuor tꝑa pu-
2 niendum.† Secundo no.ordinatum carere debere execu-
tione,donec ſecum diſpenſetur, & ſic patet, ꝙ tꝑs non eſt
de ſubſtantia cōſecrationis,licet ſit de ſolemnitate.Et no.
ꝙ deficientib. ſolemnitatib. requiſitis ad ordinem, ꝗ ſunt
de bene eſſe,non impeditur impreſſio characteris, nec im
peditur